



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Confessio generalis quando facienda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

legitima absolutionis forma usus non fuerit; vel Sacerdoti adeo indocto, ut ea quæ ad hoc Sacramentum administrandum requiruntur, nec intellexerit, nec sciuerit; vel etiam si ipsemet aliquod peccatum mortale sciens subiucerit, vel confessionem diuiserit, enumerata parte peccatorum suorum vni Confessario, alteri altera; vel ad extremum, si nullo penitus cum dolore de peccatis suis, nullove deliberato emendandi proposito, confessus sit; vel, quod etiam contingit interdum, si nullam omnino diligentiam in memoria peccatorum refricana videatur contulisse.

Confessio generalis quando facienda.

Et quoniam cernere est, negligenteriam maximum in confessionibus ritè faciendis sæpenus numero committi, præcipue vero eo tempore, quo quidem repudiato a se Dei timore, vel minimam prorsus, vel nullam animæ suæ curam gerere putantur, ut potius veniant ad confessionem ex certa quadam agendi consuetudine, quam quodd peccatorum suorum agnitione eo perducantur, & vitam emendandi vera desideria suscepint: in uniuersum quidem ob summam commoditatem, quæ ex confessione generali redundat, tum præsertim cum ex animo quisquam statuerit in posterum vitam in melius commutare, & totum se ad Deum couertere; Confessarij pro cuiusque personæ qualitate, opportuno tempore, & loco ad generalem quandam confessionem pœnitentes exhortentur, vel per hanc, proposita omni præterita vita ubi ob oculos, maiore cum alacritate redeant

Ff 2

ad Dog

ad Dominum, ac omnes errores, qui potuissent
in præcedentibus confessionibus accidere, re-
farciant.

*Interrogationes Confessarij quomodo
necessaria.*

Hicce interrogationibus finitis, quæ confes-
sionis veluti præambula quædam, & præludia
sunt, Confessarius pœnitentem inducat, ut ipse-
met omnia peccata sua, quæ recordatur, expri-
mat per se: quod ubi fecerit, si perspiciat adhuc
quod sæpe numero accidere solet) eum alijs in-
terrogationibus indigere, per quas multorum;
quæ oblitus fit, reducatur in memoriam, ve ea
quæ prius confusè dixerat, distinctius conside-
ret; volumus interim præmonere Confessa-
rium, ut peccatorum mortalium numerum
semper quam poterit exactissimè inquirat, &
quamuis fieri posset, ut non usque adeo præcisè,
& velut ad unguem omnia referantur à pœni-
tente, nihilominus tamen paullò plus, mihius
eum numerum indicet, quem ad veritatem ma-
gis accedere arbitretur.

In his interrogationibus ordinem sequatur
oportet, initio ducto à præceptis Domini, ad
quæ tametsi omnia alia, de quibus interrogatio-
nes habentur, computari possint, nihilominus si
cum personis, quæ raro ad confitendum acce-
dunt, agatur, utile erit, etiam per septem pecca-
ta capitalia, quinque sensus exteriores, & opera
misericordiae discurrere.

Confessarius non minori vigilancia, ac pru-
dentia pollere debet, in ijs maximè peccatis in-
vestigandis, quæ homines eius status, conditio-

nis-